l.iii

IN DEI OMNIPOTENTIS NOMINE. DUM nos gisolphus
gloriosus dux coniunxissemus in civitate reatina.
et residentes una cum gunpert. misso domni regis.
atque reliquis nostris iudicibus. hoc est vv. teutone episcopo.
alfrid gastaldio de reate. heleutherio de noceria
gastaldio. aldone sculdahis. martiniano vel hisimundo
sculdahis. vel ertheprus. et plurimis astantibus pro singu
lorum hominum decidendas intentiones. venerunt in
presentia nostram. alfrid exercitalis noster. habitator
territorii sabinensis. necnon et iohannes monachus. monasterii
sanctae dei genitricis MARIE. siti in acutiano. et cau
sa inter se dicebant. In primis ipse alfrid dixit.
Quia avius meus cum aliis parentibus meis. edificavit
ecclesiam in honore beati anthimi. in casale qui dicitur
acutianus. dum in publica remansisset potestate.
et ex illo tempore. tam parentes nostri quam et nos. predicta
illibate possedimus ecclesiam. Cui ad vicem monachus
respondebat iohannes. Verum est. quia predicta tui pa
rentes fundaverunt ecclesiam. publicis dum subiace
rent dicionibus. sed postea parentes tui. ipsum
inter se dividentes casale. non in avius vel patris
tui. vel tua portione devenit. sed in portione
calispuli et reliquorum parentum ei remansit. Quorum
portio ob amore dei genitricis. domnus recordande
memorie lupo dux. tam ipsum calispulum. quam et
parentes eius. cum ipsa ecclesia vel portione eorum
de ipso casale. vel quecumque proprium habuerant.
pro incolumitate dominorum nostrorum. vel pro suo remedio
in iamfato monasterio. concessit possidendum. Quorum
nos gisulphus gloriosus dux. una cum gunpert. seu
cum prefatis nostris iudicibus. audientes altercatione.
recte tum nobis esse paruit. vel qualiter calispulus cum
suis parentibus. vel portione ad ipsum concessus est
monasterium. vel ipsa sancti anthimi ecclesia. habere
debeat vel defendere monasterium sanctae MARIE. Et nulla
in ipsa ecclesia. neque in dote. sed nec in qualicumque
causa. excepta oratione. parte ipsa alfrid
nec eius heredes habere permittimus. Et qualiter a
decessore nostro lupone duce. in iamdicto monasterio.
concessum est. sine ulla diminutione concedimus
possidendum. Alfrid vero. tantum sua possideat
portione de casale. qualiter a quodam faruald
duce per preceptum ei concessum est. Et finita est
inter eos causatio. Actum. in civitate reatina. Qua
vero notitia iudicati. ego dagarius notarius ex iussu
supra scripte potestatis scripsi. mense febr. per ind.
xviiii. feliciter.

✝. Ego gysolphus
videi nomine dux
gloriosus langobardorum
in hoc iudicatum manu
mea propria subscripsi.

49

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU XPISTI. l.iiii
TEMPORIBUS domni gisulphi. gloriosi et summi ducis. in
xpisti nomine anno. vi. viii. kal. apr. per ind. xiiii.
et viii. alfredo gastaldio. EGo sundebadus qui
et alipertus. filius cuiusdam barbuli exercitalis.
habitatoris civitatis reatine. in xpisti nomine. pro dico
Quisquis venerabilibus. vel sanctis locis. de suis aliquid
contulerit rebus. iuxta auctoris vocem. in hoc
seculo centuplum recipiet. insuper et vitam possidebit
eternam. Qua propter ego qui supra alipertus. pro luminare
et remedio anime mee. dono. cedo. et confero a
presenti die obitus mei. monasterio sanctae dei genitricis MARIE
sito in acutiano. ubi vv. halan abbas esse videtur.
omnes res meas quas habere videor in criptula.
que mihi ex successione parentum meorum. vel in divi
sione fratrum meorum advenit. id est. casas. vineas
prata. silvas. terras. rivos. paludes. cultum et incul
tum. mobile et inmobile. omnia et in omnibus. quan
ta ad mea portione pertinent. vel superius dixi
in iure et potestate sanctae MARIE. ut dixi a presenti
die. offero possidenda. omni mea vel heredum meorum
repetitione cessante in posterum. Actum in loco qui
dicitur veneria. d. et ind. suprascripta. feliciter. Signum ✝ manus aliperti. qui
hanc cartula donationis fieri rogavit. Signum ✝ manus hisemundi
germani ipsius aliperti consentientis. testis. Signum ✝ manus au
donis exercitalis. cognati ipsius aliperti testis. Signum ✝ manus goderisi
exercitalis testis. ✝. Ego ragimfrid indignus monachus. scriptor huius